UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De Iustitia soluentis Gabellas c. 75.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

illi incurrunt ſarcire: præterea guidagia illa debent eſſe moderata, & à ſupremis principibus tantú exigi, ſicut & pedagia, nam quod attinet ad primam ſpeciem gabellæ, poteſt imponi etiam à Dominis non ſupremis, debent etiam habere alias circumſtantias, de quibus capite præcedenti. Tallia autem non eſt imponenda niſi ob publicam vtilitatem, & in graui neceſſitate, qua ceſſante, ipſa quoque ceſſare debet. In qua præterea hoc ſeruandum eſt, vt qui pauperiores ſunt, ab iis minus exigatur.

De iuſtitia ſoluentis gabellas. Cap. 75.

DEfraudátes gabellas, pœnali lege poſitas, ſoluere nó tenentur ante iudicis ſententiam, & iniuſtas non ſoluentes, non peccant, nec ad reſtitutionem tenentur. Sunt autem iniuſtæ

quando deſunt conditiones ſupra poſitæ; quando verò ſunt iuſtæ debent ſolui, eademque eſt ratio quando certum non eſt eſſe iniuſtas, & qui ſecus facit tenetur ad reſtitutionem. At parati ſoluere ſine fraude, ſi non ſoluunt quia ab exactoribus non exigũtur, & mos eſt, vt exigantur, non tenentur ipſis exactoribus offerre, præcipuè ſi parui ſint momenti, aut eorum iuſtitia dubia.

Quid beneficiũ, & quotuplex, & qui conferant. Cap. 76. & 77.

BEneficium eſt [v] ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis, clerico propter diuinum officium competens. Et eſt quadruplex: quædam quæ habent animarum curam, & iuriſdictioně exteriorem vt Epiſcopatus, & aliquæ Abbatiæ, ac Prioratus. Quędã